



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore  
Animato Lib. VII.**

**Dandini, Girolamo**

**Parisiis, 1611**

Digres. 55. Quatenus vnum sit obiectum tactus, ad tex. com 155.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

iecti genere contrarietates plures repetiri contemdit. Deinde, quod argumentationes duas distinguit, commune quidem illi est cum Philopono; sed minus verum. Quoniam duæ illæ argumentationes, quæ ab ipsis proponuntur; altera, quia vnus sensus vnus contrarietatis est; altera, quia vnus sensus circa vnum obiecti genus est, tantumdem omnino valent. Siquidem, vt Arist. tradidit, in vno genere vna est prima contrarietas: perindeque est; siue ab vnitae contrarietatis, siue ab vnitae generis argumentari; & eadem est vtriusque argumentationis solutio. Neque fatis mirari Simplicium possum, qui tactum concedens esse circa plures contrarietates primas, eundem dicat circa vnum obiecti genus versari. Quod igitur attinet ad postrema huius contextus verba.

TEXTVS.

Αλλὰ πῶς τὸ ὁμοειδές, ὡς πρὸς ἀκοῆς φῶτος, ὁρῶν τῆς ἀφ᾽ ἑαυτοῦ ἰσχυρῶς.

At quid sit subiectum, sicut auditi sonus, sic tactui, non est manifestum.

COMMENTARIVS CLV.

**A**lteram illi argumentationem proponi afficimur; qua priori infirmata rursum ostendatur tactum non esse vnum sensum; quoniam non habet vnum obiectum, sicut habet auditus, ac ceteri sensus. Nam in auditu est sonus, vnum obiectum in aspectu color, in odoratu odor, in gustatu sapor. At in tactu, est tactile nominari posse, hoc tamen non est subiecti vltius, & naturæ nomen, sed per habitudinem ad sensum dicitur; sicut audibile, aspectabile, odorabile, gustabile. Verum dubitationem hanc, ait Simplicius, non ex rerum natura, sed ex ignorantia nostra in surgere; quibus commune illud obiectum minus perceptum est, nec satis illud nominare possumus. Et ideo non fuisse dictum, non esse vnum, sed non esse manifestum.

Multò autem verius Alex. & Themist. nullam in his verbis argumentationem agnouerunt; sed potius velut antea proposita dubitationis conclusionem. Quasi diceret; siue vnus, siue plurium contrarietatum sit vnus sensus, certè in tactu non satis perceptum est, an illius obiectum sit vna aliqua natura; vt in auditu sonus, & in cæteris color, odor, sapor; an plures. Neque enim vnum commune obiectum nominari posse videtur. Et quamuis argumentatio illa proposita de multiplici in tactu contrarietate solui posse videatur eo, quò dictum est, modo remanet tamen adhuc difficultas, vt intelligatur, quo modo hic sensus sit vnus; si quidem in eo vnum obiectum, ad quod omnes illæ contrarietates pertineant, non ita apparet, neque tam facile, vt in cæteris sensibus, nominari potest. Nam si in his quoque plures contrarietates proponantur; omnes tamen in vno obiecto considerantur, ex quo illorum vnitas petitur. At in tactu nihil apparet vnum, quod huic sensui vnitatem tribuat.

Hæc quidem videtur esse horum verborum sententia. Sed mihi venit in mentem opinari, Aristotelem postquam priori argumentatione debita vitæ, an tactus sit plures sensus, eiusque argumentationis probabilem, & apparentem iouentionem respondit; voluisse quoque contra argumentari, aut solutionem il-

lam confirmando, aut propositam dubitationem pro vtraque parte disputando; vt ita veritatē facilius inueniret; aut potius quid omnino sentiendū sit, indicando. Quare vt ex multiplici contrarietate tactum esse multiplicem facultatem probauerat; ita ex obiecti vnitae vnā esse affirmavit. Vt. in auditu vnum est obiectum, sonus, in quo plures illæ commemoratæ contrarietates considerantur; & in aliis itē sensibus; indeque suam illi vnitatem habent; sic in tactu vnum est obiectum; vna igitur facultas, sed hoc solum est discrepantiæ, quòd in cæteris obiectū illud vnum manifestum est, & facile nominatur, in tactu non item.

Cuius interpretationis occasione quidē mihi dedit Auerroës; qui Philoponū dixit, postquam proposuit dubitationem probantē tactus pluralitatem, incepisse excitare modum debilitatis eius, hoc est dubitationem illam argumentatione contraria infirmare. Verum post ratio ipsa confirmavit. Cum in initio dictum fuisset dubitationem habere, an tactus plures sint, an vnus; quemadmodum proposita est argumentatio; ex pluribus contrarietatibus, ad suadendum plures esse tactus; sic argumentatio altera subiungenda fuit, qua vnum esse concluderetur. Et verò est hæc, quæ ex obiecti vnitae ducitur. Quamquæ hoc vnum tactus obiectum non ita manifestum est, vt in cæteris sensibus, hoc est non æquè omnibus notum; nec quod tam facile, quam in cæteris, nominari possit.

Digressio LV. Quatenus vnum sit obiectum tactus.

**P**ropterea laborarunt non parum interpretes, vt obiectum hoc vnum nominarent. Et Atticos refert Philoponus nominasse τὸ ἀσπρίνον. i. quòd resistit, seu renititur. Resistens autem seu renitens eos appellasse, non id, quod durū est, & contrarium molli; sed omne corpus naturale, quod attingi potest, tactumque terminare: Ad differentiam Mathematicorum corporum, quæ tactui non occurrunt, sed in imaginatione, & mente versantur.

At non ineptè obiicit Philoponus caloris, & frigoris tactum non fieri per impulum, & occursum; neque à Mathematicis corporibus distingui solum naturalia, quòd tangantur; sed etiam quòd reliquis percipiatur sensibus; Eamque tactilis notionē reliquorum quoque sensuum obiecta comprehendere: ad demum Aristotelem non querere subiectū, sed genus vnum, quod & in vnam primam oppositionem diuidatur, vt cætera genera, & tactilia omnia sub se contineat tanquam superius inferiora.

Sed respondere illi potuisset, se ἀσπρίνον ita appellare id, quod tactu sentitur, ad differentiam Mathematicorum corporum, sicut naturalis tactus dicitur ad differentiam tactus Mathematici: atque ita calor quoque & frigus comprehenduntur. Deinde corpus quidem naturale cæteris sensibus sentiri, sed quatenus ἀσπρίνον, hoc est tactui occurrens est, solo sentiri tactui: sicut quatenus aspectabile est, aspectu solo percipitur; eodemque modo in cæteris sensibus. Denique, se non subiectum, sed genus à tributū nominasse, illudque in vnam primam oppositionem diuidi; sed plurimarū rerum differentias ignotas nobis esse, nec nominari posse.

Illud potius fuit illis obiciendū, eos dum ita nominant, non nominare qualitatē ipsam, re naturam, & obiectum tactile; sed habitudinē solā ad sensum; quemadmodū Aristoteles tactile nominauerat aspectabile, &c. Rem autem ipsam, quæ tactilis est, ipse immanifestam esse affirmavit, nec illi vlla ex parte aperuerunt.





diuersorum sensuum organa. Atque iuxta duplicem hanc interpretationem, duobus item modis explicandum est illud (per quod fiunt motus) & altero significauit organum, per quod mouetur sensus; altero medium, per quod & organum, & sensus pulsantur. Quare hoc inter tactum, & illos tres connumeratos sensus interest, quod cum in illis separatim sit medium, organaq; conspicua, manifesta est eorum multitudo; in tactu uero non item. Quia cum habeat medium coniunctum, & congenitum, non cernitur illius organum. Et ideo magis dubitatur, quodnam illud sit, & An vnus sit sensus, An plures. Gustatum pratermisit, aut quod sit quidam tactus: Aut quod est determinatum ipse quoque vt ceteri, organum habeat, medio tamen separato non vitur.

TEXTVS.

Εξ αἰθρος εἰς τὸν ἕρποντα ἀδύνατον συνῆσαι τὸ ἐμψυχον αἶμα. δεῖ δὲ τὸν ἕρποντα εἶναι. δεῖται δὲ μὴ εἶναι τὸν ἕρποντα εἶναι. δεῖ βούληται ἢ εὐδὲ ἢ τὸ ἀπὸ τῶν. ἢ τὸν πᾶσα αἰσὶς τοῦ εἶναι τὸν μὴ τῶν ἢ ἢ ἀπὸ. δεῖ ἀπὸ τῶν ἢ τὸ εἶναι εἶναι. δεῖ μὴ τῶν ἢ τὸ εἶναι. δεῖ τὸν μὴ τῶν ἢ τὸ εἶναι. δεῖ τὸν μὴ τῶν ἢ τὸ εἶναι. δεῖ τὸν μὴ τῶν ἢ τὸ εἶναι.

Ex aëre enim, aut aqua constare non potest animatum corpus. Oportet enim solidum quiddam esse. Relinquitur igitur mistum ex terra, & ex his esse: quale vult caro esse, & quod proportionem respondet. Quare necessariam est & corpus esse medium tactui adnatum, per quod sunt sensus, qui plures sunt.

COMMENTARIVS CLVIII.

Cuiuspiam rei causam adferri, satis ostendit particula (enim), Cur igitur mediū tactus coniunctum sit, & nobis congenitū, in alijs autem sensibus separatim, & seiunctum, aër, aut aqua, exponit causam: cur, in qua tactus non fiat per aërem, & aquam, sicut ceteri sensus, sed per aliquid nobis congenitū; Alexander, Themistius, Philoponus, Simplicius, Auerroës, & omnes planè interpretati sunt. Ita sanè est. At eo loco pollicitus est, se posterius explicaturū causam, propter quam tactus, & gustatus fiant quidem per medium, sed non ita manifestum, vt in ceteris sensibus, nunc diligenter absoluit.

At magnopere etiam probandum est id, quod subiunxit Simplicius, causam quoq; doceri, cur primum tangendi organum sit immanifestū. Duo namque postremis superioribus verbis continebantur, quorum causa queri poterat. Alterum erat; mediū, per quod ceteri sensus mouentur, esse ab illis seiunctum, & separatim; id autem, per quod mouetur tactus, coniunctum, & congenitum, scilicet carnem. Alterum, quod ex hoc deducebatur; reliquorum diuersa, & inter se distincta organa manifesta esse; organum tactus non item. Ergo vtriusque causam ita ostendit. Animalium corpora solida esse oportet; non igitur solo aëre, solatè aqua constare poterunt: quoniam hæc elementa tenuia sunt, fluxa, & inconstantia; sed necessarium omnium fuit permisceri cum illis terram, quæ soliditatem, & constantiam adferret. Cui igitur reliquit sensus, intercedente aëre, aut aqua operetur, eorum mediū coniunctū nobis, & congenitum esse non potuit. At potuit mediū tactus. Quonia caro aut id, quod in illis animalibus, quæ propriè carnem non habent, carni proportionem respondet, tactusq; media existit, vt solida sunt, sic ex terræ & aliorum elementorum permissione constant; & ideo coniuncta, & congenita esse possunt. Hinc verò efficitur, vt ceterorum sensuum organa manifesta sint, tactus immanifestū. Nam, cum ceteri non per cōiun-

ctum, sed per separatim medium sentiant: ceteros corporis pars cōspicua, oculus, auris, nares, necesse est illorum organum sit. Verū tactus, qui separato medio non vitur, exterior hæc caro, qua in corporibus prima cōspicitur, mediū est: organum autem in qua alia existit magis recondita parte, que in carne continetur.

Quo loco non parū miror grauissimos sanè interpretes, cur animalium corpora aërea esse nequeant aquæ, sed terra esse debeant: atq; adeo vniuersum hæc Aristotelis argumentationem minus bene dextè xille. Ex eo nāq; deduxit Philoponus, quod animalia viuāt in terra, itq; simile fieri oporteat, in quibus est verlaturum. Quod accepit, opinor, ex text. 40. posterioris lib. de ortu, & interitu. Sed nō de animalibus eo loco Philoponus, verū de mistis omnibus loquebatur, quatenus mista dūtaxat sunt, nō quatenus animata. Atq; in ijs probauit terrā in esse oportere, nō propter similitudinē loci, & locati corporis, sed quia gignatur, & degūt in terra, naturalitèr q; degūt in quoq; in illius elemētū loco, quod in multitudine magis abundat. Nūc autē de animalibus solis est sermo, quatenus animalia sunt, & sentiūt. Neq; eam rationē affert Aristoteles, quam huius questionis propriam esse intellexit: sed hanc potius, quod solida esse debeāt eorum corpora. Hoc verò & itaq; experientia, & sensū manifestū accepit, & ex fine, propter quem formantur, facile probari poterat. quippe operationes omnes, quæ in eiusmodi corporibus fiunt ab anima, partū, ac membrorū, totūq; corporis soliditatem postulat. Et quid tādem respōdebit Philoponus de piscibus & auiibus, quorum corpora solida est tunc, ac terra; nec tamen in terra, sed in aqua, aut aëre viuunt? Simplicius autē principū illud accepit. In tactu necessariū esse obiectū immediatè commone, atq; cum viuēte, sentiētē corpore copulatū, corpus viuēs aëreū esse posse, aut aquæ. Verū de hoc immediatè cōtactu ne verū quidē hoc loco Philoponus; immō fortasse oppositū profert. Nūc in permultis exemplaribus post nominatam carnē, & id, quod illi est analogū, habentur hæc quoq; verba (ei τὸν πᾶσα αἰσθῆσις εἰς τὸ μυστῶν, ἢ ἢ ἀπὸ, hoc est, si enim omnis sensus sit per medium, sit enim tactus) quæ tamen ex Themistio fortasse delinqua sunt, atque in hunc locum translata. Deniq; Themistius & Auerroës primū accipientes, omnem sensum, vel etiam tactū, indigere medio: deinde, necessarium esse, vt animalia sentiant tactilia omnia, alioquin ab illis perderetur: ex vtraq; propositione colligit, mediū tactū esse aliquid, quod sit animalis corporis pars. Non aërem, aut aquā, quæ animati corporis partes esse nequeūt. At eorū propositionū, quas accipiunt, neutriā in huius orationis contentū reperes. Neque opus est Aristotelis argumentationem obfcurare, cum implicare; vbi ea tā simplex est, & aperta, vt omnino perspicuū sit, nō ex eo, quod obiectū tactile vniuersi corpori immediatè admoueri debeat, viuēs corpus probari aëreū, aut aquæ esse non posse: aut ex eo, quod omnis sensus indigeat medio, animalia, que oporteat tactilia obiecta sentire, mediū tactus cōiunctū nec aëre esse, nec aliquā corporis partē. Verum et propria dūtaxat corporū horum natura, & comitatio, ne, qua sunt animata, cōfici potius, ea nec aërea esse posse, nec aquæ, sed terra cū elemētis hinc permiscetis, ac solidi; quod ad illius operationes exequendas aptū sit. Vt hæc probatio hañta quoq; sit ex obiectatione, & natura animæ initio huius lib. explicata.

Dante

Libenter tamen Themistio cōcedam, & Auerrois Aristotelem ad hanc totam ratiocinationem deducendam accessisse generalia illa, quam in tex. 75. tradiderat, sensuum omnium cōditione supposita, sensus omnes per aliquod mediū fieri. Cū enim post affirmasset, hoc mediū in reliquis esse separatum, in tactu coniunctum, & congenitū, diuersitatis huiusmodi causam postremo significauit: & ideo necessarium esse concludit, corpus hoc ad natum & congenitum, carnē scilicet & in alijs pluribus animalibus id, quod est velut caro, esse mediū tactus inter obiectum tactile & id, quod proprium est tangendi organum. Quia si non potest esse aer aut aqua, aut vllū corpus seūctum, reliquum est eam esse corporis partem, cui primum tactilia obiecta admoventur. Ea verò est caro, si carnis nostræ cutis quoque comprehendatur. Hæc enim in præsentia non separantur.

Quo loco Philoponus non absolutam necessitatē, sed eam solam, ne quid esset superfluum, videtur intellexisse. Necessarium enim inquit, vt natura, quæ in omnibus cōpendio vtitur, cū in animalū corporibus: carnem inueniret, per quam tactilia possint comprehendi, ea potius vteretur, quàm externum aliud mediū adhiberet. Sed si antecedens ratiocinatio probè fuit percepta, perspicuum fuerit, non solum naturam non debuisse, sed nec potuisse alio vi medio. Siquidem omnino demonstratum est, aerem aut aquam nullo modo posse huius sensus esse mediū; sed congenitum aliquid esse debere.

Per quod sunt sensus, qui plures sunt (non quod tactus verè sint plures sentientes facultates: sed quod ex dubitationibus antea propositis plures esse videantur. Aut plures dicuntur, quoniam circa plures contrarietates versantur, calidi & frigidi, humidi & siccī. Aut potius, vt ex sequentibus verbis statim intelligitur; quoniam gustatus est quidem tactus, atq; in hoc cum tactu conuenit, quod is quoq; non per externū sed per internū & congenitum mediū fiat. Quare plures sunt sensus, qui per corpus congenitū fiunt; hoc est tum tactus, tum gustatus. Et tactus sunt plures, hoc est facultates, quæ tangendo sentiunt: tactus inquam propriè dictus, & gustatus.

TEXTVS.

*Ὅτι δὲ τὸ πλεῖστον τῶν ζῴων αἴτιον ἀπαρτῶν τῶν αἰσθητικῶν ἐστὶν ἡ κρέας, καὶ ἡ γὰρ αἴτιον αἰσθητικῶν ἐστὶν ἡ κρέας, καὶ ἡ γὰρ αἴτιον αἰσθητικῶν ἐστὶν ἡ κρέας, καὶ ἡ γὰρ αἴτιον αἰσθητικῶν ἐστὶν ἡ κρέας.*

Ostendit autem, quod plures, qui in lingua, tactus. Omnia enim tactilia sensus secundum eandem particulam, & saporem. si igitur alia caro sentires saporem, videretur sanè idem & vnus esse sensus, gustatus & tactus. Nunc autem duo, propterea quod non reciprocatur.

COMMENTARIVS CLIX.

IN Commentario ad tex. 109. existimasse Philoponum adnotari totam hanc Aristotelis disputationem in hypotheticæ cuiusdã ratiocinationis constitutione versari: si organum tactus est vnū, tactus quoque est vnus; sed organum est vnū, scilicet caro; tactus igitur vnus. Huius enim assumptionem credit hæc tenus confutatam fuisse, carnem ostendens

do non esse organum, sed mediū tactus. Iam verò connexum confutari, propositionem eam docendo non esse veram; si organum est vnū, sensus est vnus: propterea quod lingua organum est duorum sensuum, gustatus & tactus.

Themistius autem & Simplicius postquàm probatum fuit, tactum esse plures sensus, eam rationem dilui iudicauerunt, quæ ex vnitare instrumenti probari poterat, eum esse vnū. Siquidem per carnem, vna cū sit, tactilia omnia comprehenduntur. Dilui autem argumento linguæ, quæ duorum sensuum instrumentum est: Alijs etiam, inter quos fuit Auerroës, vilius est alio argumento præter id, quod ex multiplici contrarietate antea ductum est, tactum ostendi omnino multiplicem esse; quod Aristoteles ita sentiret: atque hoc ipso argumento simul oppositam illam rationem solui, quæ ex instrumenti vnitare sensus vnitatem probare videbatur. Argumentum autem ex lingua petitur esse; cuius eadem parte & sapes gustantur, & tactilia omnia iudicantur; quod caro non sit instrumentum, sed mediū: instrumentum autem sit intus; & aliud saporum, aliud tactilium cognoscendorum: eodemq; modo in tactu aliud vnus, aliud alterius contrarietatis.

Ego verò secus omnino hunc locum expono, & magis fortasse ad rem: Etenim prima verba duo mihi apertè significant: Alterum est, Philosophi consilium esse non quidpiam confutare aut diluere, sed id probare, quod in superiori textu cōclufit, carnem esse mediū tactus, qui plures sensus cōtinet. Hanc enim ob causam nunc subiunxit, tactum plures sensus continere, & ideo carnem plurium sensuum esse mediū; is tactus testatur, qui fit in lingua: ab vna scilicet parte ad vniuersam carnem argumentum deducens. Alterum est, hoc loco non esse sermonem de tactu, quatenus est specialis quidam sensus a gustatu distinctus; sed vniuersè magis & in genere, quatenus tum tactum, tum gustatum comprehendit. Vniuersum autem illud, non specialem tactū, nunc considerari, ex eo manifestum est, quod tactum dicit, qui est in lingua, quo tum tactilia omnia sentiuntur, tum sapes diiudicantur. Hic enim vniuersus est ille tactus, qui tum tactum, tum gustatum continet. Itaque vt aerem antea & aquam aspectus, auditus, & odoratus, externum mediū esse docuerat; neq; in gustatus consideratione vllum exposuerat illius mediū, sed solum dixerat eum esse tactum quandam, fierique per mediū internum, non per externum: neque satis exponi poterat, quoniam vteretur medio; quia hoc pender ex natura tactus, conuenitque gustatui, quatenus tactus quidam est & obiectum suum tangendo percipit. Ita nunc vbi de tactu agebatur, exponendum fuit, quodnam tandem sit horum duorum sensuum mediū. Et quoniam in modo operandi tangendo obiectum cōueniunt, communi & generali voce tactus vsus est: probauitque per cōgenitum mediū plures sensus fieri, hoc est non tactum solum, sed & gustatum. Non enim dixit in superiori textu fieri plures tactus, sed per illud corpus congenitum, quod est tactui mediū, fieri plures sensus.

Hoc autem nunc probat ex lingua; manifestè quo ostendit probatio, sermonem non esse de pluribus tactibus propriè dictis, sed vniuersè de pluribus sensibus, qui tangendo fiunt. De tactu namque propriè dicto et si in tex. 107. dubitasset, an essent plures sensus; quoniam circa plures cōtrarietates versatur: in tex. tamen 108. & hæc dubitatione quoquo modo diluit;





posse, neque impedire sensum. Ea enim externum est & seipsum medium. Sed aërem maluit Philosophus & aquam proferre; tum quod naturalia sunt & vitata, non subtili arte aut industria magna conquisita: & aliorum sensuum existunt media, a quibus tactum hoc nomine separavit, quod illi intercedentibus hæc corporibus fiunt. Tum etiam quod in textu III. hæc ipsa corpora probauerat esse non posse tangendi media.

Sicigitur ratiocinatur. Vbi inter duo quæpiam corpora tertium intercedit corpus, illa dici non possunt sese immediate tangere. Quoniam ut in textu 22. lib. 5. Phisic. definitum est, tangere sese illa existimantur, quorum extremitates sunt simul: vbi verò corpus aliquod interiectum est, cum omne corpus profunditate quæpiam significet, hoc est non longitudine modo & latitudine sed altitudine quoque, quæ tertia dimensio est tertiæque coniunctæ quantitatis species; intervallum aliquod esse & distantiam necesse est. At inter quælibet duo corpora solida sese tangentia intercedit semper aër aut aqua, quæ corpora quædam sunt; nunquam igitur immediate se tangunt, neque vllus absque externo medio aëre aut aqua, sit tactus. Argumentationis huius assumptionem accipiens, Quæcumque sese tangunt, in aëre aut aqua sese tangere, ita ostendit. Quidquid humidum est aut vdim (quid autem inter hæc interit, docetur in text. 14. posterioris lib. de ortu & interitu: nempe humidum illud dici, quod per omnes partes sparsam humiditatem habet; vdim autem, quod in sola superficie humore alieno madidum est) sola humiditas qualitate constare non potest; quoniam qualitas non est sine corpore: verum per aquam aut aërem, quæ corpora humida sunt, humidum aut vdim est. Sed ea, quæ in aëre aut aqua se tangunt, aut in omnibus partibus humorem imbibunt, aut certe eorum extremitates, quibus se tangunt, sicæ non sunt, sed madidæ; ut si duo digiti copulentur in aqua, & extracti aperiantur, utrinque certumur madidi. Quare cum humiditas sine suo corpore, quod aër est aut aqua, esse nequeat; nimirum alterum horum corporum intercedet. Hoc verò in aëre minus quidem, quam in aqua, manifestum est; propterea quod tenuius corpus tenuiorem habet & conspicuum minus humorem: necesse est tamen idem in eo contingere; quoniam & est corpus humidum, & primò humidum. Et ut tenuius est, sic facilius potest cætera subire corpora, ac sese in minutissimos meatus insinuare. Quod si aër humidior fuerit, manifestius erit humectati in eo corpora: quoniam apposito igne plurimum euaporat, humoremque emittunt, & siccantur. Ergo inter ea omnia, quæ siue in aqua, siue in aëre sese tangunt, aquam aut aërem intercedere necesse est: quorum altero corpore illorum extremitates replete madescant, & eou intervallum ac profunditate interiecta separentur. Nullum igitur corpus immediate tangit aliud: nec minus tactus, quam cæteri sensus, sit per externum medium, aërem aut aquam.

Quod autem attinet ad verba, meritò dixisse cuiuspiam videbitur Philoponus, ea inordinata esse ac perturbata. Nam cum dixisset (dubitauerit autem quispiam) in postremum locum dubitationem coniecit. Ea enim est dubitatio (si vdim tangit vdim.) itaque hoc modo videbitur disponenda oratio (dubitauerit autem quispiam, si vdim tangit vdim) & post subiungenda dubitandi ratio (si quidem omnia

A corpus profunditatem habet, &c.) quare aut liberiorum incuria verborum series immutata est & perturbata oratio: aut si à Philosopho ita fuit ordinata & scripta, mirum non videatur; quoniam sæpè rationem prius proposuit, ac demum quorsum eam proposuit, ostendit. Et ne idem sæpius repetat, compendioso utens, non antea conclusionem proponit, quam ratiocinando velit colligere, sed solum ratiocinatione eam concludit. Atque ita hoc loco factum fuisse existimari potest. Quamquam minimè opus est ordinem orationis mutare, neque postrema illa verba velut propositam dubitationem aut argumentationis conclusionem accipere. Satis enim dubitatio proposita fuerat & explicata, cum in aqua probauerat immediate corpora non se tangere.

Sed tota illa postrema sententia (latet autem magis nos, sicut & quæ sunt in aqua animalia, si vdim tangit vdim) à superiori argumentatione separanda erit. Duplexque fuerit interpretatio. In altera, siue illa verba (si vdim tangit vdim) ad nos referamus; siue ad animalia, quæ sunt in aqua; eadem sententia constabit: quæ cum ex aqua & aëre argumentum adduxisset, subiecit, nobis, qui in aëre vivimus, minus esse manifestum, an in aëre vdim immediate tangat vdim, an verò aëre interiecto: sicut & animalibus, quæ in aqua degunt, ignotum est, an intercedat aqua. In altera referentur ad nos eadem illa verba, eritque hic sensus: latet nos, an quemadmodum animalia, quæ sunt in aqua, non immediate, sed aqua interiecta, se tangunt; sic in aëre vdim tangat vdim aëre intercepto, an vero immediate. Hoc autem nos latet; quoniam aër tenuior est, quam aqua, minusque corporibus adherescit. Ita nimirum interpretatus est Auerroës. Sed utriusque modè interpretaris, necesse non erit aut verborum seriem inueterare, aut obscuritatis & perturbatæ orationis Philosophum accusare.

DIGRESSIO LVI.

Inter corpora solida non esse semper aërem aut aquam.

Superiorem Philosophi argumentationem non eodem modo interpretes omnes acceperunt. Auerroës enim, tum in hoc, tum in 115. Comment. cum credit omnino ita sensisse; nobisque persuadere voluisse, corpora solida immediate nunquam sese contingere; sed aërem vbiq; aut aquam intercedere. Atque ita rem sese habere, magno pre contendit aduersus Themistium; qui nec ita esse, nec Aristotelem affirmando, sed disputando argumentatum fuisse, argumentationemque tanquam leuem neglexisse dixerat. Philoponus autem eum quidem serid probasse iudicavit; secus tamen esse multis modis demonstravit. Ac demum Simplicius totum hunc locum voluit dubitationem continere, quæ tactum quoque per externum medium fieri ostendatur: non quod semper ita sit; sed ut ostenderetur, etsi interdum ita eueniat, tactum tamen à cæteris differre sensibus. Id autem cum dixisset in text. 114. & 115. quod in cæteris sentitur procul & per magnum medium; hocque prius mouetur, quam sensus: in tactu non nisi propè & per exiguum in sensu: quæ corpus, quod simul cum sentiendi organo afficitur.

